



FORMULA IURAMENTI
QUO SE ASTRINGUNT
SEMELIERIJ, CAPELLANI, ET CONCIONATORES,
 qui Catholici Hispaniarum Regis munificentia cooptantur in
 Capellam Aulæ Hispanæ.

EGO N. AB HAC HORA IN ANTEA
 Fidelis ero Sancto Petro, Sanctæque Romanæ Ec-
 clesiæ, Dominoque nostro Papæ, ejusque Succes-
 soribus canonicè intrantibus: similique modo fi-
 delis ero Regi N. Domino nostro, Regina, &
 Principi, pro tempore existentibus, eisque fideliter
 inservire curabo: Regis nostri Majestatem, auctoritatem, præemi-
 nentias, & Regalias, ejusque Regiæ Capellæ, & Domus, & quæ
 utilia erunt pro viribus defendam tutaborque, & his contraria
 removebo: & si per me id præstare non potero, Capellano meo
 Majori Regio pandam, cui tanquam superiori meo Ordinario pro
 tempore existenti obedientiam, reverentiam, & subjectionem pro-
 mitto, & quod mihi ab eo, & suo nomine fuerit injunctum, omni
 mora postposita, adimplebo: ejus honori, bono, & quomodo
 Capellanorum, & Cantorum, aliorumque Ministrorum, & ipsius
 Regiæ Capellæ consulam, & quæ commoda esse poterunt procu-
 rabo: Capellæ Regiæ secreta, & quæ in ejus Congregationibus
 agentur, custodiam: ejusque constitutiones, & statuta, & tandem
 omnia ea observabo, quæ ad honorem, & decorem prædictæ Re-
 giæ Capellæ concernere, & spectare intelligam: sic me Deus adju-
 vet, & hæc Sancta Dei Evangelia.

